UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

**Baldus**

**Lugduni, M.D.LXI.**

Ne vxor pro marito, vel maritus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

quod tranſmiſſibile ad heredem: ſecus ſi nō eſt tranſmiſſibile, vt vſuſfructus: q2 tunc incipit ab herede ex perſona ſua, nec ponit in inuentario rerum defuncti: vt.ff. de ver.obli.l. ſtipulatio iſta.§.ſi quis ita. ¶ †Vltimo gl. inducti argu. φ poſſit impetrari prebenda per mortem vacatura: φ verū eſt non expreſſa pſona. Nā ſi diceretur p mortē Titij vacatura: non valeret impetratio: q2 induceret votum captande mortis: vt no. extra de conceſ.preb.c.ij.

¶ Ne vxor pro marito, vel maritus pro vxore, vel mater pro filio conueniatur. Rubrica.

¶ Continua iſtam rub. vt in gloſ. ⁊ rubrum ſummat nigrum. Bald.

¶ Lex prima.

Fruſtra. Vxor cōuenta ex cōtractu mariti, nō habet neceſſe cōtractū infringere: q2 ſiue habeat, ſiue nō, ex eo cōueniri nō pōt. h.d. ¶ No. φ de impertinētibus fruſtra diſputatur. Steterint. i. voluerint per ſenatuſcō. propter hoc ſolent periti tabelliones in inſtrumēto ponere ac beneficio noue conſtōnis. qđ not. hodie per nouam conſtitutionē, que ipſo iure tuetur mulierem. vnde licet renuntiare beneficio Velleiano cum iuramēto. tñ ſi non renuntiauit beneficio noue conſtitutionis, [a] eſt tuta ipſo iure per gl. hic poſitā. teneꝫ menti.

1 ☞ Sententia non debet mandari executioni in rebus alterius quā illius qui eſt condemnatus.
2 Poſſeſſor cum poſſit propria authoritate reſiſtere, quare eſt opus quod proteſtetur?
3 Debitor ſi habet proprietatem, ⁊ alius poſſidet, an in preiudicium debitoris ſalua poſſeſſione illius tertij Iudex poſſit procedere ad primum ⁊ ſecundum decretum.
4 Debitor contra quem debebat fieri executio tranſtulit in fraudem poſſeſſionem ad alium, an poſſit fieri executio contra nouum poſſeſſorem?
5 Iudex quando per vim ſue iuriſdictionis aliquē mittit in poſ. vtrū intelligitur priuare, puta expellendo colonos ⁊ detentores, vtrū per iſtam violentiam iudicis tertius poſſeſſor priuetur poſſeſſione?
6 Miſſio an poſſit fieri in fundum dotalem propter debitum viri ⁊ vxoris?

¶ Lex ſecunda.

Ob maritorum. Pro debito mariti non pt fieri miſſio in bonis vxoris: tñ ſi maritus poſſidebat, habet vxor pbare ſe dominam. h.d.no. ¶ Exequeꝛ. reuocādo miſſionem. ⁊ ſicut de facto pceſſerat, ita ſummatim reuocet: vt extra de pi. c. ex literis. ff. ſi mulier ven. no. l.j.§.j. ibi facilis ⁊c. ⁊ qđ no. ff. de euict. l. minor. in prin. 1 ¶ †No. φ ſentētia non debet executioni mandari in rebus alterius [b] quam cōdemnati: ⁊ hoc eſt verum ſiue ſunt res alterius quo ad proprietatem ⁊ poſſeſſionem, ſiue quo ad proprietatē tātum, ſiue quoad poſſeſſionem tantū: vt no. ff. de re iudi. l. a diuo pio. § ſi ſuper rebus. ſufficit ergo proteſtanti ⁊ contradicenti probare proprietatē ſolā, ⁊ eſt ratio: q2 ſicut dominium excludit publicianam productā: ita multo fortius impedit ne producatur per ſecūdū decretum iudicis, videlicet in re alterius. vt. ff. de publiciana. l. fi. Item ſufficit conductori, ſi probet poſ. plenam. ſi autem probaret naturalē tantū: cum tamen cōdemnatus haberet ciuilem: hoc enim non prodeſſet: q2 illa naturalis preſumitur clandeſtina: vnde non iuuat poſſidētem: vt. ff. de acqui. poſ. l. clam poſſidere. §. qui ad nūdinas. ⁊ extra de proba. c. 2 licet cām. ⁊ ita tenet Bart. in. d. §. ſi ſuper. ¶ †Modo queritur. quare eſt opus φ poſſeſſor proteſtetur, cū poſſit ſua authoritate reſiſtere: ergo ſuperuacuo iudex aditur. vt le. ⁊ no. in inſti. de liberti. §. multis. ⁊ in. l.j.§. ſi quis ideo. ff. ne vis fiat ei. R ñ. φ poſſeſſor erat citatus: vnde vigor iudicij cogit eum ad contradicēdum. vt no. in. l. cum miles. §.j. ff. quibus ex cau. ma. ⁊. ſ. ſi propter pu. pen. l. ſi deſerta. imo ēt ſola ſciētia, cū ſciat d poſ. ſua diſputari: vt. ff. de re iud. l. ſepe. ¶ Quero, nūquid pēdente proteſtatiōe [c] ſi fit miſſio, ſit ipſo iure nulla? R ñ. ſic. vt in auꝛ. vt nulli iudi. §. ſuper hoc. ⁊. l.ij. q2 Iudex proceſſit inordinate ⁊ perperā. 3 ¶ †Quero, ſi debitor habet proprietatē, ⁊ alius poſſidet: nunqd in preiudicium debitoris ſalua poſſeſſione illius tertij poſſit per iudicē procedi ad primum ⁊ ſm decretum? Mar. ſil. dicit ipſo determinat, φ ſic. Bar. dicit hoc verū, ſi poſſeſſor fatetur dominium illius eſſe: ſecus eſt ſi negat φ nihil eſt dictū: q2 ſi fatetur dñiū, [d] ei in poſ. tanꝙ iniuſta [d] procedit miſſio. dic ergo φ opi. Mar. ſil. eſt vera. nam eſt reperire primum ⁊ ſm decretum ſortiri ſuum effectum ſine miſſione corporali. ⁊ hoc eſt mirabile: ⁊ tñ eſt caſus. l. ff. de bon. auth. iud. poſ. l. ꝙuis. qđ alibi nō repereꝛ: ſed ſi per vim tyrannidis impediretur corporalis cōprehenſio: tunc ſufficit φ primū ⁊ ſm decretum interponaꝛ verbotenus. quod eſt mirabile. ⁊ in hoc caſu fallit. l. non eſt mirum. §. ſciendum. de pig. act. ⁊ qđ no. inſti. de offi. iud. in fine. facit quod no. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. Idem reſpondet.

¶ Reuoco in dubium, quare mulier hic pbat a [e] dñium: [e] Rñdet gl. q2 vir poſſidebat. vñ preſumitur dñs ꝙtū ad patiendū iudicis preceptū. ſ. de peti. here. l. fi. facit qđ no. ſ. de priuile. fiſc. [f] l.j. ¶ Sed nōne [f] res iſte erāt in domo, in qua indifferēter habitabāt marit⁹ ⁊ vxor: quare potius [b] pſumunꝛ viri ꝙ vxoris. Rñ. pp preeminentiam. vñ oportet φ vxor pbet ſuas. vt. ff. de iure dotiū. l. ſi ego. §. dotis. vbi eſt tex. no. ⁊ ibi dicitur φ hodie poteſt probare per priuatā ſcripturā mariti: ⁊ hoc qñ ptꝫ ex ipſarū rerū qualitate: vt q2 ſunt veſtes muliebres, vel alia muliebria, que conſueuerunt habere tanꝙ res paraphernales: vt. ff. d leg. iij. l. hoc legatū. Nā ex quo ſunt ad vſum ei⁹, ergo poſſidet: ergo pſumitur dña. vt no. in. l. pe. ff. de ꝯdi. inſti. ⁊. l.j. ff. 4 fami. erciſ. ¶ †Quero vlterius. debitor cōtra [c] quē debebat fieri executio ī fraudē trāſtulit, vꝉ perdidit poſſeſſionē, fingendo ſe expelli: vtrū executio poterit fieri cōtra nouū poſſeſſorem? Cy. in. l.j. de ali. iud. mut. cau. fac. dicit φ ſic p. l. [d] certa eſt forma. vt in poſſeſſio. leg. Bart. dicit cōtrarium. φ cōtra talē poſſeſſorē eſt agendū via ordinaria: per. l.j.§. neceſſario. ff. ſi mulier ven. no. in poſ. miſ. ⁊ hec exempla ponit. l. fi. eo. [g] ti. Breuiter [g] dico, φ aut iſte dolus cōmittiꝛ in fraudē vel parate exceptionis, vel miſſionis: ⁊ eodē mō fiat executio ⁊ miſſio ꝯtra poſſeſſorē. vt. l. chirographis. §. fi. ff. de admit. tuto. aut in fraudem creditoris diminuēdo bona, vt min⁹ ſit in bonis: ⁊ tunc agendū eſt ordinarie: vt in 5 ſtit. de actio. §. Itē ſi quis in fraudē. ¶ †Quero, [e] quando Iudex per vim ſue iuriſdictionis aliquē mittit in poſſeſſionē, vtrū intelligiꝛ priuare puta expellendo colonos, ⁊ detētores, vtrū p iſtā violentiam iudicis tertius poſſeſſor [f] priueꝛ poſſeſſione? vꝛ φ ſic. ff. de acq. poſ. l. peregre. §. quibus. Contrarium eſt verū: q2 violētia iudicis non nocet vero poſſeſſori nō citato lꝫ expellatur colon⁹ de fundo: q2 vis iudiciaria ad iſtum ſe non extēdit. h.d.no. Inn. extra 6 vt lit. nō cōteſt. c. qm̄ frequēter. ¶ †Vltimo quero, vtrum pro debito viri ⁊ vxoris poſſit fieri miſſio in fund. do. ⁊ dicit qđ nō. ⁊ no. in. l. ſed ſi alia. de bo. dāna. imo, nec p debito vtriuſqꝫ ſimul: q2 fundus dotalis alienari nō pōt, nec pi [g] gnorari: vt. ſ. de iure dot. l. ſi pdium. ⁊ vide qđ no. per Bar. in. d. l. a diuo pio. §. exequuntur, ⁊ hic per Cy. ⁊ facit. ſ. l. proxi. Bal.

¶ Lex tertia.

Cum te. Res tradite ad ſuſtentationem filie, non preſumuntur eſſe dotales, ſed [h] extra dotem. [h] h.d. not. facit. ff. de dona. l. donationes in concubinam. §. ſpecies. ¶ No. φ ille qui cōſignat alicui poſſeſſionem, [h] intelligiꝛ aſſignare rē poſſeſſam. ¶ In textu, interpellari. id eſt inquietari. ipſe. No. φ maritus poteſt fideiubere pro vxore: licet nō econtra. ſ. eo. l.j.

¶ Lex quarta.

Cum te ideo. Gratuita ſolutio partis non grauat in ſolutionē alterius partis. h.d.no. vide. l. Luci⁹. §. teſtator. de leg. ij. Bal.

¶ Authentica.

¶ Hic tractatur materia repreſaliarum.

1 ☞ Repreſalie, an ⁊ quando poſſint concedi?
2 An perſone ciuitatis, contra quas conceduntur repreſalie, poſſint capi pro repreſalijs? ⁊ numero 3.
4 Repreſalias quis magiſtratus cōcedere poſſit? ⁊ nu. 5.
6 Rebelles ⁊ banniti ciuitatis, an poſſint per procuratores ſuos petere repreſalias?

¶ Cōſtitutiōis. In auꝛ. ſi qua mulier. ſ. ad velleia. qñ ſe obligat pro viro ſuo.
¶ Alterius. Et no. ad hāc. l. qđ ſi timeo grauari ppter dbita alteri⁹ etiā añ factū poſſuꝫ īplorare iudicis offm̄, vt inhibeat. tex. eſt melior de iure ī. l. iij. ſ. qui bon. cedere. poſ.
¶ Proteſtatiōe. Vide Ang. in. l. a diuo pio. §. ſi ſup. ff. de re iudi.
¶ Iniuſta. Adđ Bart. in. l. a diuo pio. §. ſi ſup. de re iud. X. ſꝫ pone φ vnus. tñ Bar. ibi in vl. q. nō loqꝛ in iſto caſu, ſꝫ qñ ius po. iuſte ſpectare dēbat ad tertiuꝫ. ideo vide qđ ibi dixi poſt eum.
¶ Dñium. Adđ Bal. in auꝛ. ei q. ſ. de bon. aut. iu. poſ. in. c.j.
¶ Sꝫ nōne. Viđ qđ no. ang. ⁊ Im. in. l. quo iure. de acq. poſ. ff. ſꝫ an p debito pris poſſit fieri miſſio in re dotali data p patrē filie: dic qđ nō. l. rē, quā. ⁊ ibi Bar. đ iure do. ſ.
¶ Breuiter. Idē vꝛ velle Bal. in. l. pe. ſ. đ exce. rei iudi. ⁊ ī. l. certa. ſ. vt in poſ. le. ⁊ Pau. de caſt. ī. l. a diuo pio. §. ſi ſup. ff. de re iudi. vꝛ ſimplr ſeq opi. Bal. hic: que tñ non videꝛ iure probari.
¶ Dotē. Not. φ res data p ſuſtentatione filie, non preſumiꝛ in dotē data. Idē dicas φ res data filio a patre, pſumiꝛ in peculio conceſſa. tex. eſt ſing. in. l. fi. ff. de pecu. le. vide Bal. in auꝛ. ex teſtamēto. ſ. de col. And. Barb.

a ¶ Sol. Jſta ſolu. quantum ad. l. ſi quis in tantam. non videt vera, q; eſt contra dictū Bart. in vlt. parte: ideo gl hic hoc ſentit aperte, ⁊ non ſoluit: cogita. ⁊ vide Bar. poſt gl. in. d. l. extat.

b ¶ Repreſaliarū. No. de repreſalijs: ⁊ adde Pe. de anc. i. c. j. de iniur. ⁊ dā. da. i. vj. ⁊ que no. Bal. i aut. habita. ⁊ ſeq. ĩ. ti. pri. ⁊ do. And. de iſer. ⁊ Bal. in. c. j. d mili. vaſ. q ↄtu. eſt. facit q; nedū ꝑpter denegatā iuſtitiā, ſ; etiā ꝑpter morā nō exhibite iuſtitie cō cedunt repſalie ꝑ illū tex. ⁊ adde in materia quā not. Bald. in. l. ex hoc iure. in. xxij. ⁊ xxiij. q. ff. de iuſtit. ⁊ iure. ⁊ per Ang. in cōſi. ccvj. ⁊ per Pe. de ancha in conſi. cxxix.

c ¶ Repreſalias. Jo. an. in. c. nō d; aliqs. de reg. iur. in. vj. in mer. t; q; repreſalie ſimpliciter conceſſe nō poterūt exerceri ↄtra nō delinquētes, vel nō facientes iniuſtitiā allega. in ar. ea q̄ not. in. c. grauē. extra de ſentē. excō. ⁊ i c. olim. el. j. extra de reſti. ſpo. ⁊ videt ēt hoc voluiſſe Bar. in. l. puinciales. ff. de verb. ſig. Jnn. in c. dilectis filijs. extra de appel. ſ; Pet. de anch. in. c. j. de iniu. ⁊ dā. da. i. vj. ꝑ rōnes Bar. t; contra. ſequendo Bar. in tract. repreſa. ⁊ adō Bal. in. l. ſi. ſ. d ſerui. ⁊ aqua. bñ faciunt not. ꝑ Bart. in. l. aut facta. §. fin. ff. de penis. ⁊ ibi oīno vide.

d ¶ Ja. de bel. Uide Bar. i ſuo tracta. ⁊ Bald. ⁊ q̄ ibi dixi. ĩ. ne fil. ꝑ patre.

e ¶ Repreſalias. Uide ꝑ Barto. in l. Jmperiū. ff. de iur. om. iud.

7 Statuto ſi caueatur quod feneratores qui veniunt ad ciuitatem ad fenerandum ſub modicis vſuris, habeātur pro ciuibus, an beneficia ſtatutorum ciuibus conceſſa circa repreſalias, porrigantur ad eos?

8 Ciuis alicuius ciuitatis anteq; eſſet ciuis, paſſus eſt iniuſtitiā, poſtea fact⁹ eſt ciuis, an poſſit impetrare repreſalias?

9 Homines confederati, an poſſint impetrare repreſalias?

10 Repreſalie conceſſe cōtra Peruſinos, an extendantur ad bannitos tunc temporis. 12.

11 Et an porrigantur contra abſentes?

13 Miniſter cui erat cōmiſſum vt caperet debitorem fugitiuum, vulnerauit eum, quid iuris?

15 Repreſalie ex quibus cauſis poſſint concedi?

16 Repreſalie quo tempore poſſunt exerceri?

17 Repreſalie conceſſe cōtra florētinos a peruſinis, an extendantur contra florentinum, qui etiam eſt ciuis peruſinus?

18 Repreſalie qualiter finiantur.

Sed omnino. Qui ꝑ debito vni⁹ ſua authoritate grauat aliū, punit in quadrupl, ⁊ cadit a iure ſuo. h. d. no. ¶ Caſus. Pro debito mariti per vim occuparam res vxoris, vt tenerem pignori, donec mihi ſatiſfieret: ꝑ debito patris res filij, vel pro debito capiebā patrē vel res eius: queritur quid iuris? Reſpon. quod punio. ꝑ formam huius authen. ¶ Opp. de. l. extat. ff. quod metus cauſa. vbi non imponitur alia pena, niſi quod priuatur debito. Jtem opp. de. l.
a ſi quis in tantam. ĩ. vnde vi Sol. a Jlle. ll loquitur in alio caſu, quando violentia reſpicit debentem: hic quando non debentē. ⁊ ſic grauius delictum. ¶ Secundo oppo. contra iſtā authē. de generali conſuetudine ciuitatū, que cōcedunt repreſalias, in qbus pro debito Citij grauantur omnes de illa repub. Sol. in iſto caſu non loquitur authen. iſta. quia loquit qñ qs propria authoritate: ibi autem authorita-
1 te ſuperioris repreſalias cōcedētis. ¶ † Certio contra hoc opp. q; iſte repreſalie non poſſunt cōcedi: vt in. c. primo. de iniurijs, ⁊ damn. da lib. vj. Solu. cōcedo quod ſunt regulariter prohibite: tamen fallit quando ciuitas nō redderet ius de ſuo ciue. xxiij. q̄ſtio. ij. c. dominus noſter. nam ſi tunc poteſt veniri ad pugnam: multo fortius poteſt veniri ad repreſalias cōcedendas ſecundū Jacob. de aret. qui ita not. in authē. habita. ĩ. titu. primo. Materiā repre-
b ſaliarū, b poſt Specu. Jacob. de are. ⁊ Jacob. de bel. tractat Joan. and. c. non debet aliquis. de regulis iuris, libro. vj. in mercu. ⁊ ibi refert opin. Specu. dicentis q; contra dominum ⁊ ciuitatem negligentē concedi poſſunt repreſalie premiſſa monitione, ⁊ precedēte ſentētia iudicis ipſius ſpoliati, ſup negligentia ⁊ defectu iudicis ipſius ſpoliatis: ⁊ ſic intelligit. d. c. dominus noſter. Jtē refert opin. Archid. qui dicit quod iudex ſpoliati, non eſt iudex competens: vt. ſ. de iuriſdictione omnium iudicū. Liuris ordinē. nec poteſt repreſalias concedere contra illos qui nō ſunt iuriſdictionis ſue, nec contraxerunt, nec deliquerūt in ſuo diſtrictu: vt in capi. vt animarum. de conſtitutio. li. vj. Jtē dicit quod ſi quo caſu concedi poſſunt, hoc eſt qñ nullus omnino ſuperior inuenitur, qui poſſit ⁊ velit iuſtitiam exhibere cū effectu: quod ratio eſt cū in defectū iuſtitie iudicis ſecularis habeamus ſummū pontificez, q ſemper eſt: vt de iud. c. nouit. vnde iſta materia reſtringetur ſecundū eum ad pauciſſimos caſus, in quibus nō obtemperatur principi, nec apoſtolico, quos cōſtat adire poſſe contra negligentiam: vt in authen. de queſto. §. ſuper hoc. quēadmodū aditur rex in toto ſuo regno. vnde intra regnum inter ſeipſos nunq; conceduntur repreſalie: quia habent efficacem ſuperiorem. Sed vbi ratione tyrannidis vel alicuius dñi, vel alicuius populi ceruicem erigentis, non inuenitur iuſtitia: tunc ſicut poteſt veniri ad pugnā, ita ad repreſalias. facit quod not. Jnnocen. de reſtitu. ſpoliato. capitu. olim. ⁊ de appel. c. dilectus. ⁊ ſubdit Jo. an. quod Jacob. de bel. diſputauit iſtam queſtionem, quā ponit in authen. predicta, vt non fiat pig. ⁊ tenuit quod vbi per iuſtitiam poteſt ad ſuperiorem haberi recurſus, non eſt locus repreſalijs: vt in authen. vt dif. iudi. §. primo. ⁊ dicto. §. ſuper hoc. alias incipit, ſi vero. alias cōcedi poſſunt ⁊ reipublice propter iniuriam, vel iniuſtitiam ſibi factā: ⁊ propter eandem cauſam etiam priuate perſone. alleg. d. c. dominus noſter. Jacob. de are. alle. l. nunquid. de incen. rui. ⁊ nau. Bar. alleg. l. ſi alius. §. belliſſime. ff. quod vi aut clam. ego allego ſpecialiter tex. x. colum. de mili. vaſal. qui contu. eſt. c. j. in fin. vbi dicitur quod ſi dominus nō facit iuſtitiam, poteſt cōdemnari, ⁊ iſte eſt melior tex. ⁊ ſingularior qui habeatur in iure. ¶ Ex iſtis apparet vera concluſio, quod quādo Judex vel populus, qui debet facere iuſtitiam, requiſitus facere iuſtitiā denegat, vel diſſimulat, datur poteſtas fori, alias nō habēti eam: ⁊ hoc in locū deficientis ſuperioris. ⁊ hec eſt concluſio. ⁊ ſatis dicitur deficere, cū non poſſit efficaciter conſulere, ſicut imperator ⁊ Papa contra tyrannos lombardie, ⁊ etiam cōtra populos qui viuunt, ſicut ſui
2 iuris in libertate facti. ¶ † Modo dubitatur, vtrum propter iſtas
c repreſalias c que ob culpam ciuitatis conceduntur, poſſint capi perſone hominum illius ciuitatis. dñs Jacob. de bel. dicit quod illi demum poſſunt capi, qui ſunt culpabiles vel in faciendo iniuſtum, vel in patiendo fieri iniuſtum: ſicut ſunt magiſtratus, officiales, ⁊ cōſiliarij: Ceteri alij qui ſunt innocētes, ad quos culpa non tranſit, nō poſſunt capi, nec res eorum. argu. in capitu. romana. de ſententia excommunicationis. lib. vj. ⁊. l. ſed ſi ex dolo. §. j. ff. de dolo. ⁊ ita etiam tranſit Joan. an. ſed Barto. dicit contrarium, quod vniuerſalis culpa iuris interpretatione tranſit ad omnes, qui non poſſunt ab vniuerſitatis corpore ſeparari: ſicut dicimus in ſententia interdicti lata in vniuerſitate. facit. c. primū. extra de poſtul. ⁊ addit talem rationē: quia liber homo capitur pro iure quod habet in eo dominus ſuus: vt. l. pro herede. §. ſi quid tamen. ff. de acquirenda hered. ergo ⁊ ciuis pro culpa ciuitatis: quia ciuitas habet in ipſo ius: vt. l. de ipre. ff. ad muni. Sed melior eſt prima ratio, quod ꝑpter difficilem diſcretionem culpabilium vel inculpabilium vniuerſi includuntur. argumen. ff. de vſufruct. l. vſufructuarium. §. ſi viuarijs. ſecus autem ſi diſcerni poſſunt, puta quia decuriones tantum fuerunt in culpa ſimul cum magiſtratibus, ⁊ hoc conſtat. ff. de magiſtra. conue. l. prima in principio. ratio enim quam Barto. aſſignat de ratione perſone, eſt friuola: quia iſtud ius nō eſt in commercio, nec eſt in poteſtate ciuitatis. argumen. ff. famil. erciſcun. l. quedam mulier. in eo quod ibi dicit de diuiſione libertorum. Sed iuxta hoc venit queſtio, vtrum ſtatutum concedens repreſalias valeat, ſi conceſſit expreſſe q; repreſalie intelligantur contra omnes qui deliquerunt, vel non deliquerunt. Bart.
d Jacob. de bel. d ⁊ Joan. and. dicunt quod ſtatutum non valet: q; eſt iniurioſum, ⁊ non exhibitio iuſtitie, ſed potius dolus ſtatuentium. ad repreſalias autem per hanc cauſam finalem deuenitur, vt iuſtitia non pereat: non autem iniuſtum fiat ſecūdum eos, q; iniuſtum non habet iuſtitiam matrem: vt not. in. l. penulti. ff. de iuſtitia ⁊ iure. Eſt alia ſecunda principalis concluſio, quod propter incertitudinem repreſalie extenduntur ad vniuerſa, ſed vbi certi ſumus de culpabilibus, pena tantum tenet ſuos authores: vt. ĩ. de penis. l. Sancimus. ⁊. l. crimen. ff. eo. nec enim eſt licita hoc caſu pugna, niſi contra nocentes. ⁊ ita intelligitur dictū capi. de mili. vaſal. c. primo. dum dicit poteſt eum predari. ¶ † Nota enim quod dicit eum ſcilicet qui iniu-
3 ſtiā facit: ⁊ nil addit de ſubditis eius qui non ſunt culpabiles. dicit
c enim Jac. de bel. in dicta diſpu. q; licet ꝑpter repreſalias e cōceſſas alicui poſſit perſonas capere: tñ non debet in ſuo carcere retinere, q; habere carcerem, eſt publici iuris ⁊ meri imperij: ⁊ non conuenit priuatis: nec eſt conceſſibile: vt. l. ſecunda. de orig. iur. ⁊ in hoc etiam concord. Bart. ſed debet iudici repreſentare, cum primum poteſt, quod nos facit. l. vlt. ĩ. de maleſi. ⁊ mathe. Jtem dicit idem ipſe Jac. quod res capte debent iudici conſignari, ⁊ preſentari, ne furtum vel fraus cōmittatur in ipſis, ⁊ ne fiant exactiones illicite. vt. l. illicitas. in princ. ff. de offic. preſid. ¶ Sed Bart. dicit quod pro rebus non eſt neceſſe iudicem adiri, cum ſicut obligate poſſunt retineri loco pignoris creditoris arbitrio: vt. l. creditoris. ff. de diſtr. pig. Ego dico, q; ſi in preſentia publicarum perſonarum fit de rebus inuentariū bona fide, non oportet iudicem adiri, ſi autem non fit inuentarium, dicitur eſſe in dolo: ⁊ poſſe iurari in litem contra eum, niſi immediate iudici preſentet, ⁊ hoc conſignet, cum primum poteſt: ad hoc. ff. locati. l. cum domini. ⁊. l. defenſionis facultas. ĩ. de iure fiſci. li. x. ⁊. l. tutor qui repertorium. in princip. ff. de adminiſtra. tuto. ¶ Quero modo hic de aliqui

de aliquibus queſtionib⁹.⁊ licet.d.Bar.hanc materiā ſolēniter ordi-
nauerit,ego tenebo breuiter,imo breuiſſime aliū modum.Nam pri
mo queram de perſonis:ſecundo de cauſis:tertio de ordine iudicij:
quarto de vſu repreſaliarum:quinto de earum executione : ſexto de
pena abutentiū conceſſa.circa primum.ſ.de perſonis, inueſtigādum
eſt de perſona iudicis:ſecundo de perſona actoris:tertio de perſona
4 rei:quarto de eorum miniſtris.❡†Circa perſonā iudicis,q̄ro,quis
a magiſtratus[a] poſſit cōcedere repreſalias:R̄.ñ.ratione capture per-
ſone debet habere merum imperium:vt.l.ſi quid erit.ff.de offi.pro-
con.⁊ le.⁊.l.magiſtratibus.de iuri.om.iudi.ratione autē capture re-
rum debet habere miſtum imperium:vt.ff.de iur.om.iudi.l.Iubere.
ergo nō omnis magiſtratus municipalis poteſt repreſalias cōcede-
re,vt puta cōſul mercatorū,vel camerarij artiū:ſed ſolus iſte magi-
ſtratus,qui loco preſidis eſt,q̄ñq3 habet hodie,gladij poteſtatem:vt
ſunt hodie poteſtates terrarum,ſibijpſis imperantium : vt not.ſ̄.de
5 preſcrip.lon.tempo.l.fina.❡†Sed iuxta hoc quero, nūquid magi-
ſtratus iſte poſſit ad hoc procedere ex ſuo capite,an demum habito
conſilio cum proceribus,apud quos eſt regnum loci:R̄.ñ.ſi quidem
hoc eſt permiſſum a ſtatuto,vel conſuetudine, non eſt neceſſe q̄ re-
quiratur aliud conſilium:q2 fruſtra precibus imploratur,quod iure
communi conceditur : vt.ſ̄.de theſaur.l.j.libr.x.❡Item cum ſtatu-
tum loquitur,totus populus loquitur,vt.ff.de iuſti.⁊ iur.l.nā ⁊ ip-
ſum.ſi autem ſuper hoc nō loquitur ſtatutum,nec conſuetudo: tunc
q2 hoc eſt factum arduum , ⁊ extraordinarium , non poteſt fieri, niſi
de conſilio procerum:vt.ſ̄.de legatio.l.ſi quod extraordinarium.li x.
⁊ de naui.ſeu nau.l.cum nauarchorū.lib.xj.⁊ quod nota.ff. qd quiſ-
que iur.l.j.§.ſi quis.ſcias enim quod dum ſuper repreſa.quis citat̄,
pugna offert̄,cū aūt decernit̄ pugna infert̄:⁊ ideo principes ciuiles
ſunt cōſulendi:vt.ff.de pac.l.legitima.⁊.ff.de capt.l.hoſtes.facit qd
no.Inn.extra de reſti.ſpo.c.olim.Sed reuocatur in dubiū,an repre
b ſalie[b] dicantur peti officio iudicis,vel quo iure:Reſpōdet Bart.q̄
nec iure actiōis,nec officio iudicis:ſed eo iure , quo mūdus olim in-
formiter regebatur.i.manu regia.ff.de orig.iur.l.ij.in princi.probat
ex eo:quia ſi eſſet actio,vel officium,ex iure ciuili proueniret : ſed de
hoc officio vel actione non eſt lege cautum.Tu dic quod implorare
opem magiſtratus,eſt implorare officium magiſtratus. Nam id qd
eſt in iudice,in parte vocatur officiū:vt.ff.de iuriſdi.om.iudi.l.j.hoc
autem officium non ſolum reperitur deſcendere ex iure ciuili, ſed ex
quacunq3 equitate:vt.ff.de pet.heredi.l.plane.hoc enim ex moribus
ciuitatum:⁊ ita eſt hic.vnde ipſa manus militaris dicitur officiū iu-
dicis:vt.ff.de rei ven.l.qui reſtituere.⁊.ff.ſi muli.ven.no.l.j.§.neceſ-
ſario.⁊ ideo ſi cōpareret ꝯdictor debito tp̄e, eſſet lis conteſtāda.ex-
tra de offi.iu.c.ij.Nā ſm opinionē Bartoli,nō eſſet lis cōteſtanda,q2
nō pponit̄ actio,vel offm̄ ſm eū,tenet conſequentia per id qd no.ff.
de bo.poſ.l.iij.§.ſi cā cognita.q̄cquid tñ tu hec voces ſi ſit iniuſtitia,
pōt appellari per id qd not.in.l.j.ff.de bo.poſ.ſm tab.❡Iuxta hoc
enim querit̄ vtrū poteſtas poſſit iſtam cām delegare:⁊ dico qd non,
cum pertineat ad merū ⁊ miſtū imperiū.ff.de of.eius.l.j.§.ne liceat
po.l.per vicariū tñ eius,qui tenet idem tribunal,bene pōt expedi-
ri.quia nō eſt cauſa ſanguinis , ⁊ omnis cauſa citra ſanguinem bene
pōt expediri per vicarium generalē:vt.ſ̄.de offi.eius.qui vi.alt.iud.
obl.l.ſuggeſte.❡Quero vtrum ſufficit requirere ancianos,an ve-
ro requiri debeat populus:Reſpon.hoc pēdet ex eorum regimine:
non enim plus poſſunt q̄ ſtatutum,quod moribus ⁊ legibus eis ſit
6 conceſſum:vt no.ff.de pac.l.Item magiſtri.❡†Dixi de perſona iu
dicis,venio ad perſonam actoris ſeu petitoris,⁊ quero, nunquid re
belles ⁊ banniti ciuitatis poſſunt ibidē per procuratores ſuos pete
re repreſalias:⁊ videtur q̄ ſic, quia repreſalie conceduntur potius
ad defenſandum iuſtitiā eorum, q̄ ad impugnationē:ergo ⁊c.vt.ff.
de pu.iud.l.is qui reus.ff.de mino.l.Papi.exuli.contrarium eſt ve-
rum:nam per iniuriam factam eis non fit iniuria ciuitati:vnde non
poteſt eam proſequi:cum non interſit ſua:⁊ quia beneficia ſtatutorū
⁊ ciuitatis illius cōſuetudo non patrocinantur eis: vt.ff. ex quibus
cauſis maiores.l.Itē ei ſuccurritur.ibi , tranſfugis.⁊ ſi ſint conceſſe
nō conualeſcunt,l3 poſtea de banno eximant̄:vt no.ſ̄.de app.l.ciues.
⁊ idem dico de ciuibus abdicatis.ſ̄.de pa.po.l.abdicatio. Idē in li-
centiatis,quod amplius pro ciuibus non habeant̄ : quia donec ſunt
c in hoc ſtatu,[c] nō ſunt de corpore ciuitatis,nec ſub eius protectione:
vt.ff.de legi.l.ſi.facit.ff.de capi.dimi.l.amiſſione.§ qui deficiunt. vn-
de do tibi iſtam concluſionē,quod illi qui non ſunt ſub protectione
illius loci,non gaudent beneficijs localibus:vt.ſ̄,de teſtamen.l.ſi nō
ſpeciali.quapropter incole,qui munera nō ſubeunt tanquā aduene,
non includuntur in talibus beneficijs:quia non ſunt pars illius cor-
poris:nec intereſt reipublice:licet ipſi ledantur extra territorium il-
lius ciuitatis,ſecus ſi ledātur propter aliquid quod in eo territorio
7 eſſet commiſſum:vt.ff.de officio preſid.l.tertia.❡†Sed pone, dicit
ſtatutum quod feneratores qui veniunt ad fenerandum ad ciuitatē,
tractentur pro ciuibus,mutuando proprijs vſuris,puta mutuando
ad duos denarios pro libra.Nam licet eis hoc ſtatutum nō indulge-
ret beneficium:quia fenerantur,ſed quia leuibus vſuris , ⁊ propter
vtilitatē publicā:nūq̄d ergo bñficia ſtatutorū
ciuibus conceſſa circa repſalias,porrigent̄ ad
iſtos:⁊ dico quod non:q2 poſito qd nō ſubeāt
munera,non ſunt ciues:vt.l.ciues.de incolis.⁊
l.j.ad municipales.ſimile.quia non ideo quod
quis debet tractari vt filius ideo eſt filius.vt
ff.de verborum obligat.l.quidam cum filium.
Iſta ergo verba de habendo ⁊ tractando,ha-
bent locum ſuppoſito iure competenti, nō in-
8 competenti ſecundum Bartolum.❡† Sed
quid de eo qui antequam eſſet ciuis paſſus eſt
iniuſtitiā,poſtea factus eſt ciuis, nunquid po
teſt impetrare iſtas repreſalias vt ciuis:Bar-
tolus reſpondet quod nō.quia debet intelligi
de ciue tunc temporis,quando iniuſtitiā pati-
tur:vt.ff.de noxa.l.in delictis.§. ſi extraneum. b
tu dic quod quedā eſt iniuſtitia actu tranſiēs:
quedam eſt iniuſtitia actu permanens.de pri-
ma verum dicit Barto.de ſecunda non.exem-
plum,ſi quis patit̄ iniuſtitiam : quia alius te- c
net rem ſuam.nam tenere actus eſt cōtinuus,
non momentaneus:nam ratione preſentis in-
iuſtitie,non ratione preterite habet ius peten d
di ⁊ agendi.vt.ff.de furtis.l.ſi dominium.⁊ de
9 iureiur.l.eum qui.§.in popularib⁹.❡†Quid
in hominibus confederatis,nunquid poſſunt
impetrare repreſalias:puta illi de aſſiſio i hac
ciuitate:Dic quod fedus eſt duplex,ſcilicet ſo
ciale.de hoc nil ad propoſitum:q2 non influit
vnum extremum in altero:aliud eſt fedus, ita
quod vnum eſt in altero quo ad proteſtationē
⁊ tunc idem iudicandum eſt quod de proprio
ciue.ita intelligit̄.l.non dubito.ff.de capti.Di
xi de actore, ſequitur de reo.⁊ q̄ro circa reos,
vtrum repreſalie extendant̄ ad eos qui dede-
runt conſilium ſuper iniuſtitia facienda, et
non remanſit per eos:⁊ dico quod nō , ⁊ ideo
optimum eſt conſilium,q̄ de hoc fiat publi-
cum inſtrumentum:vt.ſ̄.de appellatio.l.quo-
niam iudices.⁊ hoc tenet Bartol⁹.plus dico,
quod ſi cum eſſet de cōſilio receſſit quodā me-
tu:quia nō poteſt quis ſemper libere cōſule-
re quicquid debeat.ſ̄. de decurio. l. quicq3 ſum-
mates.lib.x.quod iſte haberetur pro contra-
dictore.arg.eo.q̄ not.in.l.ſecūda.§. voluntatē.
10 et.l.dotis.ſolu.matrimonio.❡†Quero,nun-
q̄d repreſalie contra Peruſinos conceſſe ex-
d tendant ſe ad bannitos[d] tunc tēporis:⁊ cer-
tum eſt quod nō ex parte quia cōcedūtur cō-
tra vniuerſos:quia bannitus non eſt de vni-
uerſitate:ſed dubiū eſt ex parte qua concedū-
tur contra ſingulos:⁊ reſpōdeo ſi eſt talis bā-
nitus,quod habeatur pro mortuo ⁊ hoſte,qd
ad ipſum nō referūtur repreſalie,vt.ff.de ca.
diminutio.l.tutelas.§.ſi libertate.⁊.l.j.§. fina. e
ff.de contrabu.Si autē non habetur pro mor
tuo,quia adhuc bona retinet in ciuitate,idem
11 in eo quod in abſente ſimpliciter.❡†Dubi-
tatur igitur de abſentibus,nunquid repreſa-
lie porrigantur contra eos:videtur quod nō:
quia non ſunt citati,nec in ſpeciali,nec in ge-
nere:cum ibi non habeāt domum habitatio-
nis,ita quod poſſit interpretari eos citatos:
vt in capitu.cum cauſam.de electio.in clemen.
non eſſe debent afflicti ignoranter.ff.de decre
tis ab ordi.fa.l.fina.quia dicit textus conſen-
ſum nō ignorantiam volumus obligari,vt.ſ̄.
de tab.l.generali,libro.xj.Alij dicunt contra-
rium,q̄ ſi repreſalie extenduntur contra res
e infantium[e],vel furioſorum, vt tenuit Barto-
lus,ergo fortius contra abſentes,⁊ contra res
abſentium.l,in negotijs.ff,de regulis iur.pri-
ma opinio equior eſt,quāquam de rigore iu-
ris in tacita vniuerſitate includuntur omnes

a ❡Quis magiſtratus.Ego dico qd conceduntur per iudicē haben-
tem merū ⁊ miſtū imperiū,⁊ p ptātes terrarū,qui habent merum ⁊
miſtū imperiū.Itē p vicarios poteſtatū de cōmiſ.poteſtatū , qñ de
legare pñt.no.p iudices ⁊ pores populi,quaten⁹ eis p cōſuetudinē
vel ſtatutū pmittit̄:vt no.Bar.i ſuo trac.repreſa.in.iij.q.prin.⁊ Jo.
de lig.et in tract.
de repſa. pte.j. ⁊
an p marchionē
⁊ comitem reco-
gnoſcētes ſupio-
rē.Jo.de lig.vbi
ſ̄.nunq̄d a ciuita
te ñ recognoſcēte
ſuperiorē d facto
Jo.de lig.vbi.ſ̄.
pte.ij.i prin.⁊ q̄d
in ciuitate ꝯfede
rata.vide Alex.i
l.non dubito.de
capt.⁊ poſtli.re-
uer.Celſus.

b ❡Repſalie.pro
repreſalijs, vide
Lu.ro.i ꝯſi.cviij.
And.Barba.

c ❡Statu. Facit
qd no.bal.i rub.ſ̄.
ſi a nō cōpe.iudi.

d ❡Bānitos.Vid
Doct.in hmōi.§.
legatū.ff.de leg.j.
⁊ Bar.in trac.re
preſa in.xij.q.pn.
pro hoc gl.l.ij.in
princ.⁊.l.tutelas.
§.ſi.de ca.di.p illā
glo.facit ad.q.an
bāniti pdāt ciui-
tatē vl nō.de quo
p Bart.i.l.ſi.ff.de
legi.cum cōcor.⁊
Bal.i.l.amiſſiōe.
§.q deficiūt.i ſi.ff.
d cap.di.⁊ ibi eſt
tex.q̄ ſic.⁊ d iſta
qōne vide p Jo.
an.in addi Spe.
i rub.d iniu.⁊ dā.
da.⁊ ibi t3 in effe
ctu illd idē q̄ bal.
hic.hoc modo ſal
uabis opi.Bar.⁊
aliorū.⁊ in.d.§.le
gatum.
❡Addo omnino
Alb.de roſ.i ſuo
trac.ſtatu.part.j.
q.liij.⁊ Bar.i ſuo
trac.repſa.q.vij.
prin.Celſus.

e ❡Infātiū.Imo
Bar.in trac.ſuo
xj.q.iij.q.prin.te
nuit qd nō poſſit
exerceri contra i-
fantes, vel furio-
ſos,⁊ cōtra alios
qui non poſſunt
citari,vñ nec pñt
capi.l.ij.⁊.l.neq3
puberes.ff.de in
ius vocan.q2 ca-
ptio eſt citatio
realis.⁊ vid Bar
tol.pro ſententia
Bal.hic in.l.aut
facta.§.ſi.in vlti.
col.ff.de penis.
❡Adde p horū
doctorū cōcordi-

tia.⁊ dic ꝙ ſbi dictū Bar.itelligat de reb⁹ īfantiū,⁊ furioſoꝝ,⁊ alioꝝ id gen⁹. nō autē de pſonis.⁊ ita loquitur Jo.de ligna preaile. trac. de repſal.parte.j. q.ij.prin. Celius.

a ℂ Peruſinos. Adde Bal. in.l. ſi in aliquā.ff. de of.pcō. Lu.ro.in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib⁹.ff. de dā.infe. Bal.in.l. ciues.ſ.ō ap.i.c.j. ō for.fide.⁊ i aut. oēs peregrini. ſ. cōia de ſucceſ.vbi ōt no.ar.ꝙ adueñe ⁊ peregrini ⁊ bōa eorū nō poſſunt capi ꝑ repreſalijs ciuitatū. ſʒ Bart.ibi melius loqui videtur.

b ℂ Verba.Bart. ō i.l. ꝓuinciales. ff.de vb.ſig.ſʒ ad hec adō Bal.i.l. ſʒ ⁊ reprobari.ff. de excu.tut.⁊ in.l. ſiue poſſidetis. ſ. de ꝓb.⁊ Bart.in trac.repre.in.j. q. vij.q.principalis.

c ℂ Vulnerauit.limita,niſi debitor ſe telo ōfendiſſet ſm Bal.i.l.ſi (vt allegas)ſ.de ſica.

d ℂ Ciuis.Adde Jmo.in rub.ff.ſolu.mat.

e ℂ Puniant.Ad de Bal.i.l. extat. in prin.⁊ in fin.ff. quod met.cau.

qui ſub ea ſunt,⁊ ſufficit gñalis citatio in facto generali:vt in.c.humilis.de maio.⁊ obe.ꝑ Jnn.facit qō no.in.c.j.de poſtu.prela.⁊ in.l.nō poteſt dolo carere.de regu.iur. Jtē ꝙ Bar.ōt de infante ⁊ furioſo,videt̄ falſum.cū indefenſi nullā īniam patiatur:vt.l.necꝫ.de in ius vocā. ſ.per quā poſſit ſingulr̄ grauari,ſcilicet cōplerinc cam alijs.puta conferendo circa collectā imponēdam pro debitis,ſic pro eorum rata:vt l.j.§.quibus.ff.qō cuiuſ.vniuer.no.in gl.hoc tʒ Jac.de bella per.Jo.and.vt.ſ.⁊ ita teneo.ſed mirum eſt quod Bart.dicit quod contra eos qui non poſſunt in ius vocari, non extenduntur repreſalie:quomodo ergo dicit ꝙ extenduntur contra predictos:videtur enim ſibijpſi

12 contrariari. ℂ † Sed hic dubitatur de alio. pone quod conceſſe ſunt repreſalie contra peruſinos.[a] vtrum intelligatur adiectum ciues ⁊ communicatores,an vero intelligitur abſolute,⁊ ſignificent ſolam naturalitatem eorū qui originarij ſunt,hoc eſt vtrum ponitur pro ſpecie ſpecialiſſima,que eſt origo,an pro omni genere ciuiū:dicit Bartolus, quod pro omni genere ciuium,qñ munera ſoluunt ſimul:⁊ allegat quod idem dictum eſt homo florentinus, ⁊ municeps florētinus. allegat.l.j. ad municipales.⁊ de excuſa.tuto.l.ſed ⁊ reprobari.§.amplius.tu dic qō hec verba abſolute poſita,naturalem locum ſignificant tam ex cōmuni vſu loquendi, quam de iure:vt.l.prima.de tuto.⁊ curato. da.ab his. ſecus ſi proferantur reſpectiue.id eſt reſpectu alicuius actus,in quo dʒ vtercꝫ participare:vt reſpectu munerū,⁊ ita

13 loquitur Barto. ℂ † Jn iſta ergo materia repreſaliarum,que eſt valde odioſa in iure communi,ſtricte interpretabor.argu.ſ.de his qui ve.eta.impe.l.fin.⁊.ff.de tute.l.qui habet. hoc verum,quando nomen appellatiuum reſonat reſpectu alicui⁹ loci determinati in ſpecie:ſec⁹ ſi eſſet magis vniuerſale:vt cū dico homo prouincialis:nam tūc bene continetur municeps. propter latitudinem ſignificatiōis prouincie. de verborum ſignifica.l.prouinciales. ita tenet Rayn.Bartol.dicit ibidem, vtrobique opin. Rayn.eſt verior.⁊ vnum ſcias,qō iſte qui derelinquit habitationem ꝓprie ciuitatis, puta peruſine,ſi habitat in eadem ꝓuincia, puta in tuſcia,commoratur etiam ſenis,vel florētie:ꝙ ab iſto non dicitur deſerta origo:ſecus ſi habitat extra prouinciam.ita dicit gloſſ. nota.ſ. de adop.l.in adoptionē.Bartho.alle.l.cū in adoptiuis. ſed ſcriptor errauit in ſcribendo. hanc tamen gl.ipſe non tenet:ſed tu teneas vbi tota prouincia eſt ſub vno pſide:vt eſſet exemplū in marchia ⁊ ducatu ſpoletano.Nā homo naſcitur ciuitati ſue in ſpecie ſed prouincie naſcitur in genere:ſicut quis naſcitur patri ⁊ auo: vt.l.poſt liminiū.§.filius.ff.de capt.⁊.l.aſſumptio.ad municip.ſi ergo quelibet ciuitas redacta eſt per ſe ad inſtar vnius preſidis:tunc idē quod in iſta prouincia:vt dicta.l.fina.ſ.de preſcriptione longi temporis.in glo. Jtem ſcias,

b quod aduertenda ſunt multum verba[b] ſtatutorum:⁊ de quibus perſonis loquantur. vt.ff.ex quibus cauſis maiores.l.recte.⁊.l.ſi vero. §. de

14 viro.ſoluto matrimonio. ℂ † Venio ad miniſtros.⁊ certū eſt quod iudices per ſuos miniſtros debēt facere citationes, ⁊ reliquos act⁹ vt l.is cui.§.miſſus. vt in poſſeſſio.leg.⁊ tamē ipſis principalibus poſſunt cōmittere capturam,quam faciāt ſine vi:vt.l.miles.§.qui iudicati.de re iudicata. ℂ Sed queritur, ſi iſte cui erat commiſſum fugientem debitorem vulne-

c rauit:[c] ⁊ ſic ipſum cepit, ⁊ iudici preſentauit: vtrum ille tanquam ſpoliatus libertate, ſit reducendus in priſtinam libertatem:⁊ videtur quod ſic:quia inciuiliter eſt captus.ff.de regu. iur.l.non eſt ſingulis. Jn cōtrariū videtur, qō licet vulnerans puniatur de delicto: tñ ille nō ſit relaxandus, niſi ſoluat: vt.ff. qō met.cauſa.

l.non eſt veriſimile.⁊.ff.de fur.l.interdū.§.qui furē. Prima pars eſt verior in creditore ꝑ.l.extat.ſecunda pars verior in publico officiali,

15 cuius delictum nō debet obeſſe creditori. ℂ † Viſo de perſonis,videam⁹ de cauſis.⁊ vt dicit gl.ff. de cōdi.ob tur.cau.l.ſi ob turpē.cauſe dicuntur ex parte ante.⁊ iſte ſunt due:vna ꝓpria in rerū natura.i. debitū:ſecunda poſterior ⁊ immediate.i.iuſtitia denegata. ℂ Circa primam cauſam quero,quale debitum eſſe debeat hoc: Rñ.tale qō ſit debitum de iure gentiū,nam hoc ſolum licet per pugnam proſequi:qꝛ hoc ſolum habet naturalem equitatē:ſecus ergo ſi ſit de iure gentium indebitum,puta ex iniuſta ſentētia,vel chirographo poſt biennium:vel ex aliquo iniuſto ſtatuto:vt.l.cum amplius.§.is natura.de re iudi.facit quod no. Jnn. extra de immu.eccle.c.quia plericꝫ. Secundo ſequitur videre de ordine:⁊ dicunt doct.quod requirunt monitio ſuper iuſtitia facienda,⁊ comminatio de repreſalijs concedēdis.debiti etiā probatio,⁊ ad ipſas concedendas peremptoria citatio.nō enim debent ex abrupto cōcedi:vt.ff.de trāſa.l.cum hi.§.ſi pretor.⁊ valeret ceſſio,ſi falſum eſſet debitū:quia tūc dicitur procedere ex abrupto, ⁊ per errorē:vt.l.j.§. hec verba.ff.ne vis fiat ei. ℂ Sed hic dubitat̄,ſi conſtat de iniuſtitia per ſtatutū illius ciuitatis contra quem:puta, qō cauetur ibi quod nulli peruſino ius reddatur in iſta terra:nunquid requiratur monitio:dicit Bart.qō non. Jnn.autem dicit.aut petitur in faciendo,aut in precipiēdo,aut in non faciendo, primo caſu nō requirit̄ monitio,ſcdō ſic.ita no.ipſe extra de prebē.c. extirpāde.facit aut.caſſa ⁊ irrita.de ſacroſan.eccle. qō eſt notādum.

16 ℂ † Sed hic queritur de tēpore:quo tēpore poſſunt repreſalie exerceri:dicit Bar.quod quilibet tempore feriato ad vtilitatem hominum:qꝛ in executione non ſunt ferie,vnde modo non litigat̄,ſed litigatum petitur:vt extra de iudi.c.fi.qō eſt verum.niſi referatur queſtio de ipſis rebus:quia dicamus pertinere ad alium,quam ad eum contra quem ſunt repreſalie cōceſſe:tunc enim ſequeſtrabitur vel ſatiſdabitur,⁊ in cognoſcendo ſuperſedebitur:quia ſunt ferie. Si aūt ſunt ferie in honorem Dei ſm ſtatutum vel conſuetudinem illius loci:tunc ceſſandum eſt ab executione: niſi ſit periculum fuge.q ex qualitate perſonarū poſſet perpēdi.vt no.ff.de fer.l.ij. ℂ Sed quero,pone quod ciuitas facit iniuriam ſuo ciui,nec pōt aliter ſe iuuare:nunquid poterit pugnam inferre:ſi quidem poteſt habere recurſum ad ſuperiorem:non aliter poteſt ciuitatem ⁊ domum ſuā preda

17 re.text.eſt in.d.c.j.de vaſal.qui contumax eſt. ℂ † Jtem pone quod

d ego ſum ciuis [d] Peruſinus ⁊ Florētinus: repreſalie conceduntur cōtra ciues florentinos,vtrū ego includar: dicit Bartolus qō non. arg.l.j.§.itacꝫ.ſi quis teſta.lib.eſſe iuſſus.nā redundaret in iniuriam concedentis,cuius intereſt habere locupletes ſubiectos:⁊ ſic videretur ſtatuere contra ſeipſum:qō non eſt veriſimile.vt.l.ſi peculiū.§. ſicut.ff.de pecu.lega. Jtem cum par ſit affectio ciuium, non videtur pro vno ſtatuere contra reliquum.argu.l.non ſolum.§.de vno.ff.de ritu nuptiarum.⁊.l.aſſiduis.ſ.qui potiores in pign.hab.⁊ ad hoc.ff. de procuratoribus.l.ſi is qui duos.⁊.ff.de pigno.l.obligatione generali. Vel poſſet diſtingui in quo loco magis conuerſetur, vt illi loco magis attribuant̄: vt.l.cum de lanionis.§. Sabinus.ff.de fundo inſtructo.⁊ inſtru.lega.prima verior eſt, argumen.ff.de inofficioſo teſtamento.l.iij.vbi fuiſſet ille in culpa propria ⁊ certa,quia tunc non eſt dignus,cum comprehendatur in noxijs:ergo multo fortius ipſi culpabiles. Non obſtat ratio Bart.quia intereſt ciues habere locupletes:qꝛ in iure non intereſt cum delinquunt:vt.l.bona fides.ff.depoſiti argumen.ff.de minoribus.l. Papinia.exuli.licet Bartolus in hoc dicat contrarium:quia niſi ſpecialiter nominetur ei,noxius non

18 includitur. ℂ † Reſtat videre qualiter repreſalie finiantur: dico ꝙ finita cauſa finitur effectus id eſt ſoluto debito:⁊ ſi quid vltra peruenit ad manus eius,iſtud debet conſignari coram publicis perſonis, ⁊ poſtea reſtitui:vt.l.ſi.ſ.de bonis authoritate iudicis poſſidendis.

e ℂ Vltimo reſtat videre qualiter puniantur [e] abutētes repreſalijs: vidicendū eſt quod puniantur penis in hac authentica contentis, vide etiā pro minima tranſgreſſione punitur ſine iuris priuatione, vt in hac authentica, qō intelligo, niſi error excuſet:qꝛ in penis poſitiuis excuſat error:vt not.in authentica habita in gloſ.nunquid depnum.in fine. ℂ Extra adde,quod ſi ex delicto vnius alij ſunt deprehenſi,an poſſint repetere a delinquente:⁊ dic quod ſic:id ſcilicet qō ſoluūt pro eo. Jtem ⁊ intereſſe damni.vt not.in.l.ſecunda.de verbo. obligationibus.per Jacobum de are.⁊ de negotijs geſtis.l.nam ⁊ Seruius.⁊ adde qō no.ſ.de iure delibe.l.ſi a te.⁊ adde quod dicam ſ.ti.j.l.j. ⁊ aut.habita.

ℂ Ne filius pro patre,nec pater pro filio,⁊c. Rubri.

ℂ Dictum eſt.ſ.ne affinis conueniatur pro affine,vel pro eo qui eſt cauſa affinitatis. Jtem ne mater cōueniatur pro filio, reſtabat videre an filius poſſet cōueniri pro patre,vel econtra,vbi erat maior dubitatio:qꝛ videtur vna perſona:vt not.in.l.j.ſ.qui eta.lib.rj.⁊.l.cum ſcimus.§.fi.de agrico.⁊ cenſi.lib.rj.ſ.de libe.⁊ eorum lib.l.ij.ad quam dubitationem remouendam ponitur rubrum ſm titu. hunc.Bald.

Pater